



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

LXIII. Markgraf Ludwig d. ä. schenkt dem Altare des heil. Antonius in der St. Katharinenkirche der Neustadt Brandenburg jährlich Hebungen aus Markee, Zestow und Buchow, am 20. Dez. 1346.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

in plebanum memorate parrochialis ecclesie presentem, qui magistro Paulo de Storcow exnunc de ipso providit seu qui pro tempore fuerit, sic quod ipse, dicto magistro Paulo decedente sueque vacationis tempore personam idoneam, quotiescunque necessum fuerit, ad pretactum altare poterit presentare. Addicimus quoque, quod theolonarius ibidem vel futurus premissorum denariorum dimidietatem annis singulis in festo beati Martini, reliquam vero in festo purificationis beate Marie in prompta pecunia sine commutatione rerum aliarum, sal quoque temporibus debitis et oportunis debet ac tenebitur erogare. Quod si non fieret, extunc ad id per plebanum dicti loci compelli debet ecclesiastica censura vel pignorum captione. Pro qua quidem donatione ac reddituum approbatione sepetactus plebanus quadraginta marcas argenti Brand. nobis dedit, de quibus ipsum quitum dedimus presentibus et solutum. In cujus rei testimonium etc. Testes vero sunt nobiles viri: Johannes Burggravius de Nornberch, Vlricus comes de Lindow, nec non strenui viri Johannes Hufner, nostre curie magister, Berengerus Hele, marschaleus noster, Wilhelm de Bomprecht, pincerna noster Bercht de Bekenhusen, coquine nostre magister, Gerike Wulf, curie nostre iudex, et Marquardus de Loterpeck advocatus noster in Spandow. Datum Spandow, in die beate Cecilie virginis, anno domini M. CCC. XLVI.

Aus dem älteren Copiarlo.

LXIII. Markgraf Ludwig d. ä. schenkt dem Altare des heil. Antonius in der St. Katharinenkirche der Neustadt Brandenburg jährlich Hebungen aus Markee, Bestow und Buchow, am 20. Dez. 1346.

Noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludovicus, dei gratia Brandenb. et Lufatie marchio, comes palatinus Rheni, Bavarie et Karinthie dux, sacri Romani imperii archicamerarius, Tyrolis et Goritie comes, ob jugem et perhennem magnificorum principum, marchionum Brandenburgensium felicis recordationis, predecessorum nostrorum, nostre, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam nec non ad instantiam diligentem Ottonis Buft, fidelis nostri dilecti, appropriavimus et appropriare decrevimus per presentes quatuor frusta annorum reddituum altari Sancti Antonii, in ecclesia sancte Katharine nove civitatis Brandenburg sito, quorum frustorum alterum dimidium frustum in villa Markede super curia Hennings Groten duo frusta in villa Zceftow super curia Gerckini Longi, novem modii siliginis, tot avene in villa Buchow super manso Nicolai dicti sita sunt, eidem altari perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet quiete et pacifice pertinenda, renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni juri, actioni et impetitioni, que nobis in premissis redditibus competebant et competere poterunt aliquo modo in futurum. In cujus rei testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri appensu munimine firmiter communitas. Testes hujus sunt nobilis vir Gunther, comes in Swartzburg, nec non strenui viri Johannes de Hausen, curie nostre magister, Albertus de Wolfftain, Sweikerus de Gundelfingen, Beringerus Hele, marschaleus noster, Wilhelmus de Bomprecht, pincerna noster, milites, Ger. Wolf et Marquardus Luterpeck cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in Berlin, anno domini M^o. CCC^o. LX^o. sexto, feria quarta in vigilia beati Thome apostoli.

Nach dem Originale.